



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 45. Storckius & Müncerus, Anabaptistarum Coriphæi Wittemberga
expulsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæc. XVI. perfectam. Hi ergo ambo, cum novam sectam conflare molirentur, sanctitatis, ac vitæ asperioris specie, quam egregie mentiebantur, quamplurimos decipiebant, docebantque, nonnisi sequendas esse revelationes, quas in orationis exercitio a Patre Cœlesti recepturi essent. Spernebant etiam leges tum Ecclesiasticas, tum profanas, ipsaque Sacra mentia, cultumque Religionis externum flocci habebant. Nec minus detestabantur infantum Baptisma, omnesque, quotquot factioni suæ nomen dederant, sacro rursum lavacro tingebant; unde Anabaptistæ dicebantur. Ingens præterea odium in Magistratus, Principes, ac Nobiles suis inspirabant, eisque persuadebant, quod omnia bona singulis existant communia, cunctique homines a natura liberi, nulliusque dominio obnoxii fuerint geniti. Denique felix spondebant imperium, in quo ipsi, extirpatis omnibus impiis, soli regnaturi essent.

§. XLV.

Storchius & Miencerus, Anabaptistarum Coriphæi Wittembergæ expulsi.

Präterea, ut Discipulos suos ad recipiendum Spiritum Sanctum aptos redi-

redderent, corporis afflictiones & je- Sæcul XVI.
 junia præscribebant, suosque, neglecto A.G. 1523
 omni corporis cultu, nonnisi rudibus
 pannis indui præcipiebant; præcipue
 vero summam in loquendo moderatio-
 nem commendabant; ut vero austorio-
 ris vitæ speciem præferrent, barbam
 promissius nutriri, ac munditiæ curam
 neglegi jubebant. Hanc doctrinam præ-
 primis Wittembergæ docebant, suisque
 sermonibus in vulgus spargebant: Ve-
 rum mox Lutherus eam impugnabat,
 illiusque Auctores vehementer infecta-
 batur; hic enim Hæresiarcha, cum ab
 unguiculis in vera fidei doctrina educa-
 tus esset, proin agnitæ veritatis vi com-
 pulsus, non raro etiam invitus ad fa-
 niora dogmata rediret, de Münstero di-
 cere solebat, „Cum hoc novo Doctore Bossuet. Va-
 „nullatenus agendum est de summa riat. tom I.
 „suæ doctrinæ, nec etiam eidem per- p. 35. & 36.
 „mitti debet, quod suarum opinionum Spond. ann.
 „veritatem per sacras literas compro- 1523.
 „bet, sed præprimis ab eo sciscitandum,
 „a quo docendi munus ei fuerit im-
 „positum? „Si dixerit, a Deo se voca-
 tum, ut doceat, probet hoc miraculis; his
 enim Deus declarat, si quid extra ordinem
 fieri velit. Ast Lutherus forte imme-
 mor erat, quod de iisdem omnino arti-
 culis ipsius etiam interrogari posset, proin
 semetipsum proprio suo ore ac do-
 ctrina

Secul. XVI. Etrina condemnet. Ceterum Storchius,
A.C. 1543. & Müncerus, cum se undique lacefiri cernerent, Wittemberga excedere compellebantur. Incertum, quo fato obierit Storchius: Müncerus vero Altstadium in Thuringia sese recepit, ubi ingentem Sectatorum numerum sibi conciliavit. Verum Saxonie Elector, cuius imperio urbs dicta subjacet, rem edocet, ac funestos hujus novitatis exitus pertimescens, nascenti malo se'e opponere statuit, ne ejusmodi secta in ditinibus suis indies magis invalesceret, nec tamen alia severiori, quam expulsions poena Müncerum castigavit; unde is ubique secum fanaticæ doctrinæ suæ abominationem deferebat.

§. XLVI.

Rustici ad bellum & seditionem a Müncero concitati.

Præterea Müncerus ex suis discipulis quamplurimos per universam Germaniam mittebat, qui rusticos ad seditionem, bellumque adversus eorum Dominos movendum incitarent. Imo ipsus in Helvetiam perrexit, inde in Sueviā delatus, totam Germaniam superiorem perverso suo dogmate emensus est, postea Norimberga Muhlhusam Thuringiae urbem venit, ubi quorumdam, quos